

hic servatus est VI 922). — 1) Cf. supra N. 176 seq. — 2) Sacerdos divi Augusti Antonia dicta est a Caligula; cf. Dio 59, 3; nummi op. Eckhel 6, 179. — 3) In omnia collegia sacerdotalia cooptatum esse Neronem supra numerum ex s. c. testes sunt nummi ap. Eckhel 6, 261. Factum id esse a. 51 (id est eodem anno quo princeps iuventutis appellatus et consul designatus est, cf. infra) docet tabula sodalium Augustalium (VI 1984), ubi legitur sub hoc anno: [a]dlectus ad numerum ex s. c. [Nero Claudius] Caesar Aug. [f.] Germanicus, instituta huius adlectionis causa decuria vicesima septima. In titulo recensentur collegia tantum quattuor maiora. — 4) Princeps iuventutis appellatus, simul consul designatus in vicesimum aetatis annum Nero est a. 51, teste Tacito ann. 12, 41. — 5) Versus duos, praeter extremas litteras (v. 1 fin. . . . c, v. 2 . . . u), periisse notat Florentius; sed vix potest quicquam periisse praeter Octaviae nomen gentilicium, quod fuit Claudia; cf. titulum Samium (editum a Guérinio description de Patmos et de Samos p. 215): ὁ δῆμος Κλαυδίαν Ὀκταυονίαν τὴν γυναικα τοῦ Σεβαστοῦ Νέρωνος Κλαυδίου Δροῦσον Καίσαρος Γερμανικοῦ ἀντοκράτορος; cf. etiam VI 9015.

**223** Iuliae Augustaé | Germanici Caisaris [f.] | Agrippinaí, | Ti. C[laudi C]aisa[r]is Augusti | . . .

Caere rep. (XI 3600; Huebner ex. scr. ep. 102).

**224** Ti. Claudio, | Ti. Claudii Caesaris | Augusti Germanici | p. p. f.<sup>1</sup>, Neroni<sup>2</sup> | Caesari | d. d.

Neapoli in museo, Pompeiis ut videtur rep. (X 932). — Titulus positus puto Neroni non multum post adoptionem (V kal. Mart. a. 50 cf. N. 229 v. 58), nondum consuli designato et sacerdoti collegiorum omnium (cf. N. 222 not. 3). In hoc solo titulo Neroni datur Tiberii praenomen, cum in reliquis omnibus Nero praenomine locum occupet; ceterum etiam Dio (apud Zon. 11, 10) filium Agrippinae Τιβερίου Κλαυδίον Νέρωνα Δροῦσον Γερμανικόν Καίσαρα a Claudio appellatum esse scribit.

**225** Nero Claudius divi Claudii f., | Germanici Caesaris n.<sup>1</sup>, divi | Augusti abn.<sup>2</sup>, Ti. Caesaris pron.<sup>3</sup>, | tr. pot.<sup>4</sup>, imp., cos. | . . .

Prope Cordubam rep., lapis miliaris eiusdem viae cuius N. 102. 195 (II 4719). — 1) Germanici nepos fuit Nero per matrem Agrippinam. — 2) Augusti abnepos Nero fuit duplici ratione, et per aviam Agrippinam maiorem, quippe quae nata esset ex Iulia Augusti filia, et per avum Germanicum, quippe qui per adoptionem factus esset nepos Augusti. — 3) Mirum proavum collocatum esse post abavum. Videtur Tiberii mentio primum omisa, tum adiecta a quadratario loco non suo, eo scilicet loco quo scribi debebant Caesaris et Augusti vocabula. Proavus Neronis fuit Tiberius, utpote pater adoptivus Germanici. — 4) Nero cum imperator factus sit d. 13 Oct. 54, tribuniciam potestatem alteram oportet inchoaverit d. 13 Oct. 55. — 5) Primum consulatum Nero iniiit a. 55. Nisi igitur des. deest post cos., titulus positus est inter kal. Ian. et 13 Oct. a. 55. — Patris patriae nomen Nero primum deprecatus est (Suet. Ner. 8), vide etiam in nummis comparet una cum altera demum tribunicia potestate (Eckhel 6, 263).

**226** Q. Volusio Saturn., | P. Cornelio Scip. cos.<sup>1</sup>, | Augustales | qui !!!!!<sup>2</sup> Claudio | Caesari August. et !!!!!<sup>3</sup> Augustae |, I. o. m. et Genio coloniae | ludos fecer. XIII XII k. Mart., | C. Tantalio C. C. I. Hyla, | Cn. Pollio Cn. I. Victor, | C. Iulius C. I. Glaphyr., | curatoribus<sup>3</sup> | . . . . .